Stelle hat ursprünglich natürlich 'marchionis' gestanden. In der obigen Beglaubigung heisst es nun 'quem ex certis causis marchionem nominamus', nicht 'nominavimus', ein Umstand, der die Sache nicht gerade deutlicher macht, zumal in den Procuratorien ja gerade wieder das 'marchio' getilgt ist. Die Vermuthung liegt nahe, dass die Rasur erst nachträglich in Avignon ausgeführt wurde, weil man die Titelländerung dort beanstandet hat. Aber wie erklärt sich dann der Umstand, dass die gleiche Tinte angewandt wurde, wie am 28. October in Nürnberg? Vgl. sonst zu der schwierigen Frage über die Titulatur des Jülichers Müller, Kampf II, 36 n. 3.

XXI.

Sigillum comitis Iuliacen(sis) sub quo secrete scribet^a. et debet michi scribere et in littera quam michi diriget debet includere illam domini que superscribetur 'magistro Godefrido procuratori nostro'. et dominus sibi sub anulo quem michi dedit Ay.^m de Noalhaco. et in littera mea quam ipsi comiti dirigam debet dominus includere quam diriget comiti, set erit illa sine superscriptione.

Anm. Papierblatt $8\frac{1}{2} \times 10^{\text{cm}}$ im Vatican. Archiv mit der Signatur (Armar.) C Fasc. 37 n. 18. In der Mitte ein Gemmensiegel, von der Umschrift noch erkennbar: SIGIL OM . . . IULIACEN. Das interessante Blättchen fand H. Pogatscher während meiner Anwesenheit 1900 bei Durchsicht ungeordneter Materialien und hat es mir zur Publication überlassen. Es kann sich nur auf Wilhelm von Jülich und die Verhandlungen beziehen, die sich an die vorige Nummer XX unmittelbar anschliessen. Der 'dominus' ist natürlich Benedict XII., der seine für den Kaiser wohlwollenden Gesinnungen vor Philipp von Frankreich ängstlich verbergen musste und in der Zeit, wo Wilhelm von Jülich am Pariser Hofe verweilte, nur unter Deckadresse an ihn schreiben konnte. Ich erinnere mich nicht, für das 14. Jh. sonst einer solch reizvollen Anweisung für den diplomatischen Verkehr begegnet zu sein. Unter dem Schreiber des Blättchens hat man sich einen der Kanzleibeamten aus der nächsten Umgebung des Papstes zu denken, wozu auch die Hand stimmt. Die beiden Namen habe ich sonst nicht belegen können.

a) Bis hierher mit hellerer Tinte und etwas grösserem Ductus geschrieben.

XXII. Schreiben der deutschen Bischöfe an den Papst.
1338 März 27.

Vatican. Archiv, Reg. Vaticana Tom. 133, fol. 39¹.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Benedicto sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici Heinricus Dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Maguntinus, Lupoldus Babenbergensis, Iohannes Basiliensis, Bertoldus Argentinensis, Heinricus Eystetensis, Bernhardus Paderburnensis, Ulricus Curiensis, Otto Herbipolensis [episcopi] ac Gerhardus Spyrensis et Heinricus Augustensis ecclesiarum electi cum omnimoda subiectione, humilitate et reverentia se ipsos ad pedum oscula beatorum.

Cum iamdudum ex miserabili dissidio inter sacrosanctam Romanam ecclesiam ac dominum Ludovicum de Bavaria, christiani populi peccatis exigentibus, suscitato in regno et imperio Romanorum et precipue in provincia Maguntina grandium et diversarum turbationum tempestates emergerint ac ecclesiis ecclesiasticisque personis necnon animabus hominum, quod gravius est ferendum, regni et imperii predictorum innumerabilia provenerint detrimenta et cotidie maiora et plura prioribus occasione dissidii huiusmodi sint, ut ex verisimilibus coniecturis presumitur, preventura: nos grandes et acerbas ex hoc puncturas in nostris cordibus non immerito sencientes nuper dominum Ludovicum predictum ad civitatem Spyrensem provincie Maguntine predictae super hec specialiter nostris instantivis precibus venire procuravimus, ipsum nos archiepiscopus Maguntinus, Argentinensis, Padeburnensis episcopi ac Spyrensis et Augustensis electi predicti personaliter, nos vero Babenbergensis, Basiliensis, Eystetensis et Herbipolensis episcopi, aliis nostris et ecclesiarum nostrarum tunc negociis prepediti, per nostros solennes nuncios, precibus, consiliis ac salutaribus monitis non sine magne sollicitudinis

1) Nur hier überliefert durch den ziemlich seltenen Fall, dass die cedula inclusa des Briefes an den König von Frankreich, Vat. Act. 1954, mit in die Regesten aufgenommen ist. Die Drucke, die alle auf Bzovius zurückgehen und der Verbesserung sehr bedürfen, siehe bei Böhmer, Reg. Reichssachen S. 241 n. 70. — Es wird erwünscht sein, wenn ich den aus Rom stammenden Schreiben n. XXII und XXV des Jahres 1338 die ebenso wichtigen parallelen Stücke aus deutschen Hss. n. XXIII, XXIV und XXVI hier hinzufüge, die doch nicht alle in die Ausgabe der Constitutiones kommen können, damit sie sich wenigstens hier beisammenfinden. Der Text der bisherigen Drucke bedurfte durchgängig der Revision. Zu diesen Schreiben vgl. die Darstellung bei Müller, Kampf II, S. 56 ff.

studio exhortantes, ut ipse ad divini nominis gloriam et ad vestre sanctitatis ipsiusque ecclesie Romane honorem et reverentiam nec non ad quietum et salubrem statum regni et imperii eorundem velit ad vestram et eiusdem ecclesie Romane sancteque sedis apostolice gratiam cum devotione redire, se vestris et ipsius ecclesie dicteque sedis apostolice beneplacitis humiliter per omnia conformando. Qui modica deliberatione prehabita, se velle stare ac parere super materia prefati dissidii ac omnibus ipsum dissidium contingentibus informationi et ordinationi nostre, in quantum cum Deo, iusticia et honore suo fieri posset, efficaciter repromisit, suas patentes super hoc litteras maiori suo sigillo munitas super potestate huiusmodi tradita nobis dando, cautiones iuratorias ac fideiussorias magnorum et plurium principum et baronum nobis super hoc nichilominus offerendo. Clementissimam igitur vestram beatitudinem omni qua valemus precum instantia devote ac humiliter imploramus, quatinus redeundi ad gremium sancte matris ecclesie promptitudine^a ipsius domini Ludovici, qui super materia dissidii huiusmodi ordinationi ecclesiasticarum personarum duntaxat se submittere^b non expavit, premissis quoque turbationibus, dispendiis et periculis specialiter ecclesiis et personis ecclesiasticis, ut premittitur, imminetibus per vestre sanctitatis providentiam paternis affectibus ponderatis, predictum dominum Ludovicum ad reconciliationis gratiam sub modo premissis vestre solite benignitatis clementia recipere non recuset, partes regni et imperii predictorum ac precipue ecclesias et personas ecclesiasticas earundem partium de periculis, erumpnis et laboribus pretactis ad statum optate quietis per reconciliationem huiusmodi reducentes.

Verum quia ad omnia et singula premissa et ea contingentia plene ac pacifice scribenda cedula non sufficeret, nos venerabilem patrem dominum Ulricum Curiensis ecclesie episcopum et spectabilem virum Gerlacum^c comitem de Nassouwen de premissis plenissime informatos ad pedes vestre beatitudinis duximus fiducialiter destinandos, eandem vestram beatitudinem ex intimis nostris affectibus exorantes, quatenus eisdem super hiis fidem adhibere dignemini creditivam.

Dat. Spyre, die XXVII. mensis Marcii, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo.

a) 'promptitudinem' Hs. b) 'sūmittere' Hs. c) 'Gerlatum' Hs.

XXIII. Schreiben deutscher Reichsstände an den Papst. (1338 nach März 27)¹.

Darmstadt, Haus- und Staatsarchiv, Conceptbuch des Rudolf Losse fol. 1'. Copie auf Pergament von der kaiserlichen Kanzlei nahe verwandter Hand. Ueberschrift von Losse's Hand: *Ad papam pro inperat* (diese vier Worte verwischt und unsicher). *Gravari racione ignorancie consuetudinis imperii et principum.*

Sanctissimo in Christo etc. tales et tales etc. cum omni reverencia etc.

Non absque grandi zelo, quem^a nos tanquam^b devoti obediencie filii et orthodoxe fidei nostrorum progenitorum imitando vestigia fervidi zelatores ad sanctitatem vestram sacrosanctamque Romanam ecclesiam matrem nostram precordiali affectione gerimus et hucusque gessimus incessanter, eidem vestre sanctitati dignum duximus intimandum, quod iuxta laudabilem et a tempore, cuius contrarii hominum memoria non existit, sacri regni et imperii Romanorum consuetudinem hactenus inconcusse servatam electi in reges Romanorum a Germanie principibus, ad quos electio huiusmodi de iure seu antiqua consuetudine pertinere dinoscitur, presertim post coronacionem regalem eorundem electorum in reges in sede magnifici Karoli Aquisgrani habitam nomen regium assumpserunt, administracionem et omnem iurisdiccione eisdem regni et imperii libere iuxta dictam consuetudinem exercendo, eciam si electiones huiusmodi contingebat a pretactis principibus in discordia celebrari. Huius autem consuetudinis, que facti est et in facto consistit, felicis recordacionis dominus Iohannes papa XXII. predecessor vester ut putamus ignarus, eadem consuetudine non attenta contra serenissimum dominum nostrum^c domi-

a) Ueber getilgtem 'quod' Hs. b) Neben getilgtem 'tamque' Hs.
c) fehlt W.

1) Siehe Böhmer, Reg. Reichssachen S. 241 n. 70. Nach derselben Quelle schon gedruckt bei Würdtwein, Nova Subsidia IX, 41 ungenau und mit dem eigenmächtigen Zusatz 'Datum Spire'. Zum sogen. Conceptbuch des Rudolf Losse vgl. Westdeutsche Zeitschr. VIII, 81—91. Fast wörtlich mit diesem Texte stimmt der des Schreibens überein, das das Würzburger Domcapitel am 28. Juni abschickte, dessen Original vermuthlich wegen einiger nachträglicher Correcturen in der Adresse nicht abgegangen ist und sich noch im Münchener Reichsarchiv unter Würzburg Hochstift Reichssachen Fasc. 4 befindet. Gedruckt ist es Mon. Boica XL, S. 201 n. 101. Die Abweichungen, die sich vor allem auf die Titulatur des Kaisers beziehen, habe ich in den Varianten unter W verzeichnet.

num Lud[wicum] Romanorum imperatorem^a necnon contra omnes et singulos eidem in amministrazione regni et imperii predictorum dantes consilium, auxilium vel favorem diversos promulgavit successive processus, diversas et graves immo gravissimas penas et sentencias continentes, prout ex processibus eiusdem domini Iohannis contra dictum dominum nostrum^b promulgatis plenissime id apparet. Propter quod dura gwerrarum in nonnullis^c partibus regni et imperii eorundem conmocio, ecclesiastice censure vilipensio, rerum dispendia necnon animarum amarius deploranda pericula in ipsorum regni et imperii partibus^d innumerable provenerunt et cottidie provenire cernuntur. Cum igitur^e dominus noster^b Lud(wicus) predictus de offensis, quas sacrosancte Romane ecclesie sancteque sedi apostolice occasione dictorum processuum irrogavit^f, sanctitati vestre ac eidem sancte sedi apostolice satisfaccionem et emendam offerat congruentes, prout ex legacione reverendissimorum in Christo patrum et dominorum domini Hainrici archiepiscopi Moguntini et quorundam aliorum dominorum episcoporum istarum^g parcium sanctitati vestre nuper facta eandem vestram sanctitatem de hoc credimus plenius informatam, sanctissimam paternitatem vestram, quam iusticiam docere, amare ac colere non ambigimus, devotissima precum instancia cum exaudiendi ex premissis concepta fiducia humiliter inploramus, quatenus memoratis processibus contra predictam regni et imperii Romanorum et ex consequenti nostre patrie Germanie, que a tempore prefati Karoli citra regnum et imperium huiusmodi habere promeruit, consuetudinem ut premittitur promulgatis per vestre sanctitatis clemenciam revocatis, prefatum dominum nostrum imperatorem^h ad gremium sancte matris ecclesie cum satisfaccione et emenda congruentibus redire humiliter et desiderabiliter affectantem ob premissa dispendia et pericula submovenda ex solita vestra et sedis eiusdem apostolice benignitate ad reconciliacionis gratiam admittere dignemini eundem favorabiliter in sinu vestre uberis gracie confovendo, pro indubitato tenentes, quod vestre sanctitatis clemencia eundem dominum nostrum^b Lud(wicum), quem precipuum fidei katholice non ambigimus defensorem post reconciliacionem huiusmodi ad omnia, que ipsius fideiⁱ ex-

a) 'Rom. imp.' fehlt W. b) Fehlt W. c) 'non' über der Zeile Hs.
 d) Hiervor getilgt 'pertinentibus' Hs. e) 'itaque' W. f) 'irrigavit' Hs.
 g) 'nostrarum' W. h) Für 'nostr. imp.' W: 'Ludwicum'. i) Hiernach getilgt 'katholice' Hs.

altacionem et ampliacionem sancteque Romane ecclesie ac sedis apostolice honorem et reverenciam necnon regni et imperii predictorum bonum et pacificum statum respicere dinoscuntur, constantem ac indefessum pugilem reperiet^a et athletam. Provideat igitur quesumus^b circumspecta vestre sanctitatis prudentia per appositionem oportuni et celeris remedii taliter in premissis, ut^c preter divine retributionis^d premium, quod ex tam necessari^e et piissimi operis prosecutione meremini, cunctis sub christiana religione militantibus vestre mansuetudinis et iusticie rectitudo clarius innotescat.

XXIV. Schreiben der Stadt Hagenau an den Papst. (1338 nach März 27)¹.

Heidelberg, Universitätsbibliothek, Urkundensammlung n. 228.

Sanctissimo in Cristo patri et domino Benedicto sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici magister, consules et universi cives Hagenowien(ses) devota pedum oscula beatorum.

Cum sanctitatis vestre paternalis clemencia humilium subditorum suorum votis et precibus affectivis^f, in quantum rationis et iusticie continent equitatem, promptum et

a) 'et' über 'at' Hs. b) 'quatenus' Hs. c) 'quod' W. d) 'remunerationis' W. e) 'salubris' fügt zu W. f) 'affcus' in der Zeile getilgt, am oberen Rande mit Verweisungszeichen 'affcuus'.

1) Dieses weitere Schreiben der Stadt Hagenau, das mit dem vorigen zum Theil übereinstimmt, sonst aber die interessantesten Abweichungen zeigt, gebe ich erneut nach der Vorlage, die schon Bodmann 1812 benutzt hat. Er citirt 'ex minuta pergamina in arch. civitatis Hagenoviensis, sine dato' in jenem merkwürdigen Exemplar von Olenschlagers Staatsgeschichte, das er an passenden Stellen mit seinen Abschriften und einer ganzen Reihe von aus Hagenau gestohlenen Originalen hat durchschliessen lassen und das später in die Frankfurter Stadtbibliothek gekommen ist. Von dieser Copie Bodmanns übermittelte dann Böhmer eine Abschrift an J. Ficker für seinen Aufsatz 'Zur Geschichte des Kurvereins zu Rense', dem das Stück als Beilage I angefügt ist. Vgl. Böhmer, Reg. Reichs-sachen S. 241 n. 70. Das Pergamentblatt selbst ist, gleichfalls aus Bodmanns Nachlass, in die Urkundensammlung der Universitätsbibliothek zu Heidelberg gekommen, in Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins XXIV (1872) S. 171 verzeichnet und S. 194 abgedruckt. Dieser Abdruck Wattenbachs blieb unbeachtet. Mein Abdruck bietet einige Verbesserungen. Wir haben es bei dem Pergamentblatt nicht mit einem Concept, vielmehr mit einem cassierten Original zu thun, das wegen einiger Flüchtigkeiten nicht zur Absendung kam. Er hat breiten Rand und ist vorzüglich geschrieben. Zu jenen Flüchtigkeiten zählt sicher auch das fehlende 'in discordia', das gar nicht erst verbessert worden ist.

liberalem inpertitur assensum, et sanctitatis vestre status attollitur et ex eo devocio crescit et iteratur fervencius subditorum. Proinde cum ex disconvenienciis inter vos et serenissimum principem et dominum nostrum Lud(wicum) Romanorum imperatorem diucius iam subortis conveniens ecclesie status multifarie sit turbatus et fidei unitatis in parte perierit rectitudo, ad vestre sanctitatis audienciam deducimus per presentes, de iure antiquo et consuetudine approbata in partibus Germanie semper sic fuisse laudabiliter observatum, quod Romanorum reges, postquam per principes Alemanie electores imperii fuerint electi, presertim post coronacionem regalem eorundem electorum in reges in sede magnifici Karoli Aquisgrani habitam, pro veris Romanorum regibus sunt habiti et debita reverencia honorifice reputati, sic quod extunc inmediate tanquam veri Romani imperii amministratorum pro suis iuribus, rebus et honoribus observandis et augustiali^a clemencia gubernandis debitis signorum victriciis triumphabant^b ac singula exercebant, que sui exigencia officii exequi poterant et debebant, eciam si electiones huiusmodi contigebat^a a pre-tactis principibus [in discordia]^c celebrari, licet pro tunc summis pontificibus huiusmodi suam electionem aliquialiter nunciarent, ut coronacionis imperialis sollempnia sibi debito tempore inpendere requisiti. Sanctissimus pater dominus noster dominus Iohannes papa defunctus, predecessor vester, post hec absque causa, ut putamus ignarus, eadem consuetudine non attenta, contra prefatum dominum nostrum, principem cristianissimum et fidei orthodoxe defensorem et precipuum dilectorem, prout ipsius actus catholici et vita commendanda evidenter demonstrant, tanquam illegitime citatum, necnon contra omnes et singulos eidem in amministracione regni et imperii predictorum dantes consilium, auxilium vel favorem diversos promulgavit successive processus, sentenciis penisque variis subsecutis, in ipsius sacrique Romani imperii humiliacionem et iacture prejudicium satis grave ac plurimorum cristicolarum periculum et ruinam. Cum itaque dominus noster Lud(wicus) predictus de offensis, quas sedi apostolice occasione dictorum processuum irrogavit, sanctitati vestre ac eidem sedi satisfactionem et emendam offerat congruentes, prout ex lega-

a) So Or. b) Es hat doch wohl heissen sollen: 'debitis signorum victricium triumphis triumphabant'. c) So nach n. XX zu ergänzen, obwohl die Vorlage keine Lücke hat. Ohne diesen Zusatz hätte 'eciam si' gar keinen Sinn.

cione reverendissimorum in Cristo patrum et dominorum domini Heinrici archyepiscopi Mogunt(ini) et quorundam aliorum dominorum episcoporum istarum parcium sanctitati vestre nuper facta vos credimus plenius informatum, sanctitatem vestram devotis precibus exhortamur, quatenus in acie mentis vestre revolutis complexis nexibus, qui Cristi populo ex dissensione huiusmodi noscuntur notorie imminere, dictum dominum principemque nostrum et Romanum imperium sinatis in sui status existencia, honore et reverencia convenienter absque dispendio permanere. Intuitu nostrorum humilium meritorum sanctitatis vestre piis affectibus uberius cogitantes de salubri reconciliacione eiusdem, quam communiter omnes populi Romani imperii dicioni subiecti, tam principes ecclesiastici quam seculares ac alii homines, cuiuscunque nominis aut honoris existant, sincerissimis animis desiderant et affectant, memoratis processibus contra predictam regni et imperii Romanorum et ex consequenti nostre patrie Germanie, quam a tempore prefati Karoli citra regnum et imperium huiusmodi habere promeruit, consuetudinem, ut predicatur, promulgatis, quamvis prefatum dominum^a imperatorem et nos non noscantur^b aliququaliter ligavisse, per sanctitatis vestre clemenciam revocatis, sic quod eundem dominum nostrum ad gremium ecclesie satisfactione condigna redire desiderabiliter affectantem ad premissa dispendia et pericula submovenda de solita benignitate ad reformationis gratiam dignemini admittere in sinu vestre gracie uberius confovendo. Et ut de statu terrarum imperii Alemanie vestra sanctitas in hac parte valeat uberius informari, vos cupimus non latere, quod si huiusmodi sue reconciliacionis negocium debebit moram trahere longiorem, ex eo gentes communiter cristiane indevociores reddentur et a consuetis devocionis et subiectionis obedienciis, quas vobis et sedi apostolice plus ceteris gentibus hactenus promptissime inpenderunt, propter processus acutis frontibus fulminatos non modicum retrahentur et forte ex eo sub rebellione et inobediencia contra vestrum et sedis honorem, nolentes prefatum dominum Romanorum imperatorem et iura imperii sic contra Deum et iusticiam relinquere desolata, multarum turbarum forti et potenti comitiva diucius remanebunt. Quod speramus vestram sanctitatem pii patris more intercipere ad tollendum scandala populi fidei orthodoxe.

a) Ueber der Zeile nachgetragen.
'i' corr.

b) 'noscatur' Or. 'a' über

XXV. Schreiben der deutschen Kurfürsten an den Papst.
(1338 nach Juli 16)¹.

Vatican. Bibliothek, Palat. lat. 832 fol. 85—85'.

Sanctissimo in Christo patri ac domino etc. vestri devoti filii Henricus^a dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Magunt(inensis) electorum principum decanus necnon per Germaniam sacri imperii archicancellarius. Baldwinus archiepiscopus Treverensis cancellarius Gallie, Walramus archiepiscopus Coloniensis cancellarius Ytalie, . . marchio Brandeburgensis camerarius, . . palatinus dapiifer, . .^b dux Saxonie portitor ensis, Romanorum regis et coronandi imperatoris legitimi electores etc.^c

Gravamur non modice^d et turbamur ex intimis, cum reverendam sacrosanctam Romanam ecclesiam, matrem nostram, et ipsius summos pontifices, quibus reverentiam et honorem exhibere volumus promptis et devotis animis omni vice, ac sacrosanctum imperium et^e inperatores seu reges ipsius, quorum defensio ad^f nos ac alios coelectores nostros pre ceteris mundi principibus specialiter pertinere dinoscitur, sicut temporibus presentibus, videmus ad invicem discordare. Nam ex hoc non potuerunt sibi et populo christiano proficere et prodesse, et prout est divinitus institutum, sibi^g mutuo suffragari. Propter que in diversis mundi partibus^h, provinciis et terris ipsis regendas etⁱ gubernan-

a) 'enricus' von derselben Hand über der Zeile P. b) Fehlt am Anfang der Zeile P. c) L giebt als Eingang: 'Sanctissime in Christo pater tales principes etc.' d) 'modicum' L. e) Fehlt L. f) 'ad' zwischen den Zeilen nachgetragen von derselben Hand P; 'nobis ac aliis coelectoribus nostris' L. g) Zwischen den Zeilen von derselben Hand P; fehlt L. h) 'm. part.' fehlt L. i) Fehlt P.

1) Das obige Schreiben ist uns zweifach überliefert. Schon früher hat es Freher in seiner Ausgabe des Heinrich Rebdorf eingefügt (SS. rer. Germ. I, 426). Dieser Abdruck geht zurück auf den Palatinus lat. 832 der Biblioteca Vaticana (P), wie ich richtig vermuthete. Vgl. auch Codices Palatini Bibl. Vaticanae descripti I, 291. P. Ehrle hatte die Güte, mir nachträglich eine Collation zu übermitteln. Ueber den verdächtigen Eingang hat J. Ficker 'Zur Geschichte des Kurvereins' S. 677 f. (S.-Abdr. S. 7 f.) gehandelt. Erweisen sich zwar die Namen der Fürsten als von Freher eingesetzt, die übrigen verdächtigen Stellen bietet doch auch die Hs. Aber eine ganze Reihe Verbesserungen für den Context liessen sich gewinnen. Darum biete ich einen erneuten Abdruck und verzeichne in den Anmerkungen die bedeutenderen Abweichungen der zweiten Fassung (L), die im sogen. Conceptbuch des Rudolf Losse (s. oben zu n. XXIII) fol. 125' überliefert und die nach ungenauer Abschrift bei Ficker a. a. O. als Beilage IV gedruckt ist. Siehe schon Weiland, N. A. XVIII, 335.

das commissis innumera execrabilia pericula animarum, personarum et rerum et diversa scandala in Dei ecclesia, quod dolenter referimus, sunt suborta et maiora presumuntur futuris temporibus, que ad plenum dici nequeunt vel conscribi, certitudinaliter suboriri, que submoveri non possunt^a, nisi utraque potestas contenta sit suis iuribus et consuetudinibus hactenus observatis et reformatur ea^b, que una contra aliam^c attemptavit. Sanctitati vestre cum omni devotione et in modum quem possumus meliorem et humiliorem referimus bono zelo, quod super premissis et ad consulendum et providendum sacrosancto Romano imperio, cuius iura, honores, bona, libertates et consuetudines prostata iacent, et a diversis personis ecclesiasticis et secularibus sunt et fuerunt hactenus in grave preiudicium dicti imperii invasa, occupata et multipliciter conculcata, XV. die mensis Iulii, anni XXXVIII.^d in Reinse^e super alveo Reni, ubi principes electores super negotiis imperii^f tractandis convenire consueverunt ab antiquo, cum aliis omnibus principibus electoribus imperii in unum fuimus congregati, et diversis deliberationibus et consiliis premissis, sicut divine gratie placuit, omnes unanimes fuimus et nullo penitus discrepante pro defensione et recuperatione iurium, honorum, bonorum, libertatum et^g consuetudinum sacri Romani imperii ac totius christianitatis, ad cuius regimen et defensionem idem imperium principaliter ordinatum dinoscitur, disposuimus et ordinavimus pro nobis et successoribus nostris et firmavimus iureiurando per sacramenta corporaliter a nobis et omnibus coelectoribus nostris prestita: quod iura, honores, bona, libertates et consuetudines dicti imperii et nostra, nobis ratione imperii et electionis in imperio^h competentia ex consuetudine vel de iure manteneamus, defendamus et illibata conservemus toto posse et viribus nostris contra omnes homines cuiuscunque preminentie, dignitatis seu status existant. Et quod hoc non obmittamus propter aliqua pericula rerum et personarum aut precepta, mandata et processus, per quemcunqueⁱ et in quemcunque^k modum et formam prolati sint vel in antea proferantur contra imperium et nos vel coelectores nostros, per que dicto imperio ac nobis et coelectoribus

a) 'possint' L. b) Fehlt P. c) 'alteram' L. d) 'a. XXXVIII' fehlt L. e) 'Rense' L. f) 'in unum fuimus congregati' setzt zu L, aber wieder durchstrichen. g) Fehlt P. h) 'nobis Romani imperii in electione in imperio' P; richtig in L. i) 'quidcunque' L. k) 'quoscunque' L.

nostris in predictis iuribus, bonis, honoribus^a, libertatibus et consuetudinibus preiudicatum sit vel in futurum posset preiudicium generari. Et tandem super premissis lamentabili dissidio^b et causis originalibus, ex quibus ortum dinoscitur, quod inter sanctam Romanam ecclesiam ac sacrum Romanum imperium et dominum nostrum Lud(wicum) imperatorem Romanorum^c iam longis viguit^d temporibus, diligenti et sollicita deliberatione^e prehabita, nos et alii coelectores nostri cognovimus, et nobis constitit evidenter ex processibus quondam domini Iohannis pape XXII. predecessoris vestri, quod ipse primo et principaliter sententias excommunicationis et interdicti, si sic dici merentur, ac alias diversas sententias et processus de facto contra Deum et iustitiam et iuris ordinem fulminavit contra predictum dominum nostrum, dominum Lod(wicum) Romanorum imperatorem, ac fautores et adherentes sibi, qui a maiori parte principum electorum fuit rite et rationabiliter in regem Romanorum electus, in imperatorem postea consecrandus, quod se de amministrazione imperii intromisit, non approbata per predictum predecessorem vestrum ipsius electione, quam in discordia asseruit celebratam. Per quas sententias et processus, cum iuri et consuetudini imperii, prefato domino nostro Lod(w)ico, nobis et aliis electoribus imperii permaxime derogetur, cum iure caveatur et consuetudine, cuius contrarium memoria hominum non existit, sit rationabiliter introductum et sine cuiusvis contradictione^f legitime observatum, sicut etiam in predicto parlamento per nos et alios coelectores nostros, prehabita diligenti deliberatione et discussione, ac consilio multorum principum, comitum, baronum et nobilium est concorditer declaratum et sententialiter diffinitum: quod vacante Romano imperio is, qui eligitur concorditer vel a maiori parte^{g. 1} principum electorum, pro rege Romanorum ab omnibus est habendus, et quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu vel auctoritate sedis apostolice super amministrazione bonorum et iurium imperii indiget sive titulo regio assumendo, quodque iura et bona imperii administrare et gubernare poterit et de iure et consuetudine,

a) 'hominibus' P. b) 'desidio' P. c) 'Rom. imp.' L. d) Fehlt P.
 e) Ursprünglich 'defensione', doch nachher getilgt P; 'discussione' L.
 f) 'contradictionis' L. g) 'numero' setzt zu L.

1) Vgl. den Text des sog. Nicolaus Minorita bei Ficker a. a. O. Beilage III und des Occam bei Höfler, Aus Avignon S. 16.

nulla sedis apostolice super hoc licentia habita vel obtenta. Quare cum sanctitas vestra teneatur pre omnibus regnis mundi defendere iura inperii, quod ad defensionem sedis apostolice et totius fidei christiane est celitus ordinatum, et sine cuius salubri gubernatione et defensione non potest in opulentia pacis persistere christianus populus nec bene colere pacis auctorem, clementie sanctitatis vestre supplicamus cum omni humilitate et reverentia qua possumus et valemus, quatenus sententias et processus prenotatos et quidquid exinde vel^a ob eos^h secutum est, celleriter^c et penitus revocetis tanquam in preiudicium inperii et iurium ipsius prolatos, que iura illibata^d pro posse servare tenemur ratione a nobis prestiti iuramenti, ut obinde in omni obedientia et devotione ecclesie Romane et sanctitatis^e vestre debeamus devotioribus animis perpetuo permanere, et ne, si secus fieret, nos et alii coelectores nostri cum aliis principibus ecclesiasticis et secularibus Alamanie cogemur invenire et querere contra eosdem processus et sententias^f quamvis inviti remedia opportuna. Super premissis ad sanctitatem vestram tales^g transmittimus, quibus in dicendis et petendis nostro nomine fidem vestram clementiam petimus adhibere^h.

XXVI. Schreiben des Erzb. Balduin von Trier an den Papst. (1338 nach Juli 16)¹.

Darmstadt, Haus- und Staatsarchiv, Conceptbuch des Rudolf Losse fol. 16. auf einem Papierblatt, das mit fol. 1 (s. oben n. XXIII) zusammengeklebt ist. Ueberschrift von Losse's Hand: Ad papam per Trev(erensem) pro iuribus principum et reconciliacione Bavari.

Sanctissimo in Christo patri etc. Bald(ewinus) etc.

Pater sanctissime. Cum principes Germanie sacri Romani imperii electores, de quorum numero unus sum et fui, nuper pro negociis eiusdem imperii pertractandis in certo loco ad hoc solito invicem convenissent ac considerassent perspicaciterque attendissent, dictum imperium ac eciam ipsos . . electores in suis honoribus, iuribus et consuetudinibus hiis diebus et ante variis modis fore lesos, de-

a) Fehlt P. b) 'ab eos' L. c) 'tollatis' L. d) 'illibita' P.
e) 'sanctitati' P. f) 's. et p.' L. g) 'etc.' setzt zu L. h) 'adhiberi' P.

1) Bisher nur bei Ficker a. a. O. Beilage V.

pressos et non modicum pregravatos, iidem principes in hoc^a unanimiter^b concordarunt^a ac taliter uniformiter sunt uniti^b, quod ipsum imperium ac se ipsos . . electores in suis honoribus, iuribus et consuetudinibus pro suis viribus volunt manutenere, defendere et conservare^c, prout eciam ante quilibet eorundem . . electorum ad hoc faciendum non inmerito tenebatur. Igitur, clementissime pater, ad vestram beatitudinem una cum aliis principibus prefati imperii electoribus duxi humiliter recurrendum, eandem vestram beatitudinem in ferventi devocionis constancia exorando, cum conservacio honoris, status et iurium imperii in profectum et honorem sancte matris ecclesie non sit dubium redundare, quatenus more pii patris ad hoc clementer intendere dignemini, ut prenotatum imperium ipsiusque . . electores vestri et dicte^d sancte Romane ecclesie devoti filii in suis honore, statu et iuribus conserventur. Super quibus vestre sanctitati lacius exponendis ad eandem vestram sanctitatem una cum aliis meis conprincipibus mitto tales et tales, vestre clemencie humiliter supplicando, ut eorundem nunciorum relatus fidem adhibere dignemini ac ipsos super supplicationibus in premissis vestre sanctitati offerendis de solita vestra clemencia benigniter exaudire. Preterea, clementissime pater, cum ex illo doloroso dissidio, quod inter sanctam Romanam ecclesiam et dominum Lud(wicum) de Bavaria ad dictum imperium electum iam dudum est exortum, non modica scandala et animarum pericula tam in Alamania quam aliis mundi partibus provenerint et timeantur adhuc multo^e maiora pericula verisimiliter proventura, eo presertim quod eius potencia et opinio de die in diem non modicum noscitur augmentari, vestre beatitudini supplico humiliter et devote, quatenus ad illam devocionem, quam gens Germanica et eius principes ad sanctam Romanam ecclesiam hactenus habuerunt, vestre beatitudinis intuitum convertentes^a, prefatum dominum Lud(wicum), qui ad condignam satisfactionem se offert, ad gratiam ac sancte matris ecclesie gremium recipere et admittere^b dignemini ac^f taliter piis remediis providere, ut dictum dissidium sopiri valeat et sedari. Super quo eciam, quod idem dissidium pro laude Dei, vestro ac sancte Romane ecclesie honore tociusque populi christiani salute sopiatur, ferventi

a) Hiernach über der Zeile 'va'. b) Hiernach über der Zeile 'cat'.
 c) Hierzu am untersten Rand des Blattes: 'ac deperdita et neglecta . . . (2 — 3 Worte undeutlich) restaurare'. d) 'dēi' Hs.
 e) 'multa' Hs. f) Durch Unterstreichen getilgt.

desiderio una cum aliis principibus electoribus intendere volo ac omnibus viis et modis quibus potero^a pro vestra et dicte sancte Romane ecclesie complacencia laborare, et super hiis eciam vestre beatitudini laciis explicandis queso humiliter, ut vestra sanctitas dignetur relatibus dictorum nunciorum fidem similiter adhibere.

XXVII. Kaiser Ludwig an Papst Benedict XII: über die Ausgleichsverhandlungen. 1338 Dec. 18.¹

Or. Vatican. Archiv, Instrumenta miscellanea 1337—1338.

Sanctissime pater.

De magistro Arnoldo de Verdala decano ecclesie sancti Pauli Fenolhedesii capellano, domestico et conmensali vestro, viro utique magne circumspeccionis et sciencie, qui de | mandato vestro cum litteris sanctitatis vestre ad nos applicuit hiis diebus, ac per eum nobis relatis ex parte sanctitatis vestre, que summo desiderio reverenter percepimus, sanctitati vestre laudes condignas et quas possumus gratiarum referimus acciones eidemque magistro Arnoldo sequentes tenorem litterarumstrarum nobis directarum super negotio reconciliacionis nostre tamquam persone sanctitatis vestre locuti sumus et collaciones plures habuimus ac sibi pure et clare, nil eum seu pocius personam vestram de intentione nostra latere volentes, aperuimus mentem nostram, de qua ex permissione nostra et voluntate sanctitatem vestram poterit suis litteris informare. Super factis eciam tangentibus reconciliacionem nostram, postpositis aliis nostris occupacionibus, cum ipso racioninari intendimus et modos et vias capere, quibus honor, iura et antike consuetudines racionabiliter introducte tam sanctitati vestre et sedi apostolice, quam nobis, imperio et imperii electoribus plene et sine diminuicione qualibet conserventur. Nostra enim

a) Hierzu am untersten Rand: 'in hoc . .' (2 Worte undeutlich).

1) Als nach den Tagen von Rense, Frankfurt und Coblenz der Kaiser im Herbst 1338 die Verhandlungen mit der Curie wieder aufnahm, geschah es in durchaus selbstbewusster Haltung. Es ist deshalb gewiss von Werth, neben den zahlreichen avignonesischen Briefen und Erlassen, die sich an die Mission Arnolds von Verdala knüpfen, nun auch ein Schreiben Ludwigs in Wortlaut zu haben. Der Ton ist bei aller Devotion ein würdevoller und auch der Titel 'imperator' fehlt nicht. Das Schreiben geht den päpstlichen Antworten vom 23. Jan. 1339 voraus, die Vat. Acten 2013 und 2014 gedruckt sind. Bei Raynald hat dieser Brief ebensowenig wie oben n. XVIII Aufnahme gefunden.

in hoc non versatur intencio, ut Romane ecclesie et sanctitati vestre in aliquo derogemus, sed potius ut exaltacioni ipsius et reverencie persone vestre intentis studiis et sincero animo intendamus. Cum eciam expediat providere omnia impedimenta, que negocium reconciliacionis nostre differre possent aut nocumenta afferre, ac in quantum est possibile ipsa salubriter removere, sanctitati vestre devotis et humilibus precibus supplicamus, quatenus . . principes electores imperii, quorum aliqui, prout intelleximus, extra gratiam sanctitatis vestre sunt positi, non sequendo iuris rigorem, qui sepius secundum condiciones personarum et temporum solet obmitti, benigne et cum mansuetudine sanctitatis vestre et gracia una nobiscum, salva semper debita reverencia sedis apostolice et sanctitatis vestre, in sinum et gremium sedis apostolice favorabiliter colligatis. Nam si se reconciliari senserint, ipsos non dubitamus fervencioribus animis negotio nostre reconciliacionis inherere et diligentem ac sollicitam ad hoc opem et operam adhibere, ipsosque certissime reperietis vestris beneplacitis perpetuo propiciores. Insuper, pater sancte, cum omnis dilacio reconciliacionis nostre et predictorum principum electorum sit nimis dampnosa et in futurum afferre possit christiano populo pericula infinita, videretur nobis permaxime expedire, ad quod eciam sanctitatis vestre clementiam intentis nostris supplicacionibus exhortamur et pro munere petimus speciali, quod prefato magistro Arnolde capellano vestro aliquam potestatem committat vestra sanctitas et concedat, per quam et qua mediante predicta negocia ordinentur et disponantur aut saltem tractentur et vestre sanctitati referantur, ut sic ad finem laudabilem Deo propicuum^a et sue christianitati ac fidei catholice proficuum et utilem obmissis quibuscumque circuitibus celarius perducantur. Nos enim sepius memoratum Arnoldum propter sue legalitatis et circumspeccionis industriam et principaliter propter fidelitatem et affectionem, quam ad predicta reconciliacionis nostre negocia habere dinoscitur, sufficientem et ydoneum reputamus, maxime cum sanctitas vestra, prout intelleximus, mediocres personas in dicto negotio maioribus utiliores reputet, per quas et nos credimus ad expeditionis terminum citius pervenire. Et si divina largiente gracia dictus Arnoldus plene informatus de omnibus et cum boni tractatus concordia ad vestram sanctita-

a) So Or.

tem rediret, reconciliacionem nostram proximam, quam longissimis expectavimus temporibus, crederemus. Alioquin si in posterum per moras solitas ulterius protrahatur, cum spes que differtur affligat animam, vix aut numquam speramus ad desideratum terminum pervenire. Insuper sanctitatem vestram cupimus non latere, quod in oppido nostro Franchenford(ensi) in die circumcisionis Domini principes electores imperii nobiscum convenire debebunt¹, cum quorum consilio prefatum Arnoldum capellanum vestrum remittere intendimus ad vestre sanctitatis presenciam, de singulis et universis intencionibus nostris plenius informatum, petentes ut sibi mora, quam propter hoc nobiscum contrahet, per sanctitatis vestre clemenciam nullatenus imputetur.

Datum in oppido nostro Nürnberg, XVIII. die mensis Decembris, regni nostri anno vicesimo quinto, imperii vero undecimo.

Ex parte nostri Ludowici Romanorum imperatoris filii vestri devotissimi.

Auf der Rückseite: Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Benedicto XII. sacrosante Romane ac universalis ecclesie summo pontifici.

Von anderer Hand: Alie lre dn Ludovici super reconciliatione sua.

·IX·

Mit Spuren des grossen Siegels in gelbem Wachs.

1) Januar 1. Dieser Frankfurter Reichstag ist erst im März zu Stande gekommen. Vgl. über Arnolds Theilnahme an ihm Müller, Kampf II, 151.
